

52

* * * * *

Vn jecz Hysiges gantz Avergant in ecce
Vgloupinam bropior boseitate cestis tuis
Duthidae Philippis eti Boreples goutinistum
lalannus Regius

Alexander Beutelius Matis Tuncate Ipsi:
Incessu locum minime obiqua plicandi
Tunc
Oles
Tisces
Au
Ducis eti inuidi tam non
Aqnam Bethlemiticam
Qvam oculis vsvrpandi

**DESIDERIVM
DAVIDIS**

SERVATOREM

CORPORATVM ACCARNE TECTVM

QVEM BETHLEHEMI

NASCITVRM

DIVINI VATES PRAEDIXERANT

NATALI EIVS DIE A. C. CCC CI

AVSPICATO REDEVNTE

PIE MEDITARI VOLVERVNT

SCHOLAE CATHEDRALIS ALVMNI

PRIMO ORDINI ADSCRIPTI.

NUMBVRGI,

TYPIS BALTHASARIS BOSSOREGELII, PRIVIL. TYPOGR.

52.



* * *

Vm rex Isaides firma versatur in arce,
Agminibus propior positvt esse fuis;
Dumque Philistaei Bethles dominantur
in vrbe,

Vexantes gentem Marte furente Dei:
Incesit regem miranda cupido bibendi,
Illiis in porta quae scatet vrbis, aquam.
Quae sitis illa tua est? Bethles cur vnda videtur,
Isaide, reliquis anteferenda tibi?

An natale solum quoque te dulcedine regem
Dicit, et immemorem non sinit esse fui?
Frigidiorne tibi reliquis meliorque videtur,
In patriae dulci quae fluit vnda sinu?
Sed tibi non sitiuntur aquae, quibus ora rigantur,
Et quarum grata membra iuuantur ope.

Tu bona, quae numquam pereunt, caelestia quaeris:
Haec tua mens semper non satianda sitit.
Turba Dei vatum praedixerat, adfore tempus,
Quo Deus a celsa scanderet arce poli:

Expertisque viri penetrans in viscera matris,
Prodiret nostri sanguinis inde puer.
Hic, ait, hic nobis amisum reddet amorem,
Peccatis quem nos laesimus ante, patris.

Hic nos eripiet tenebrosi faucibus orci,
Et facilem nobis pandet ad astra viam.
Hic nobis miseris perfectae causa salutis,
Irrugui vitae fontis et instar erit.

Non tamen hoc Solymae Deus ampliae destinat vrbis,
Vt fiat nati patria clara sui.

Exiguam magno Bethlen dignatur honore,
Iudeaeae capiat gentis vt alma ducem.

Diuini cecinere viri. Gens credidit omnis,
Euentum exspectans non dubitante fide.

Spes tamen, Isaide, tua, visu certior omni,
Optatum tempus iam fore iamque, videt.

Iam puer exiguum lustrare mapale solebas,
Et domini cunis tecta datura locum.

Huc diuertendi te cepit sancta cupido;
Quum pauidos ageres pastor in arua greges.
Liminibus quoties figebas oscula supplex!
Oscula certa tuae signa fuere sitis.
Ergo erit, aiebas, veniens vt numen ab astris
Haec capiat vili stramine texta domus.
Ergo erit, vt rerum neglectis arbiter aulis,
Materni hic infans lactis alatur ope.
Salve parua quidem, sed magnis vsibus apta,
Et caeli templis anteferenda domus!
Fortunata domus! natum quae prima videbis,
Qui mundi totum condidit auctor opus.
Pastores ouium, quorum nunc munere fungor,
Spectabunt, mihi quae mente videre licet.
Namque mihi videor puerum matremque videre:
Haec suauis mentem pascit imago meam.
Et stabulum videor, videor praesepe videre:
Hoc, quo fessa puer membra reponat, erit.
Exaudire mihi videor, quibus ora sonabit
Aëris, angelici carmina laeta chori.
Sic puer aiebas, sic declarare solebas,
Quae tua tentarit pectora sancta, sitim.
Nescit haec cesare sitis, cum tempore creuit,
Dum tibi sunt gentis tradita sceptra tuae.
Tum magis optabas, illum cognoscere natum,
Qui Deus Isaiæ gaudeat esse nepos.
Nunc dum bella geris, dum saeuos tendis in hostes;
Tempore se duro prodit anhela sitis.
Inde fit, vt Bethles tua mens desideret vndam:
Debet ibi nasci quod tuus ille nepos.
Heroes redeunt, vndam portantque petitam;
Sed tam cara sitim non leuat vnda tuam.
Fundis eam domino, grati libaminis instar,
Teque, doces, dominum mente fitire tuum.
Quod Dauid petuit, felici tempore nobis
Obtigit hoc, summo numine dante, bonum.
Dum Bethles sancta Deus est ex virginе natus;
Vena salutiferas fundere coepit aquas.

Nos properemus ad hunc fontem, pia turba, sodales,
Ex quo, quas petimus, vita salusque fluunt.
Vestigent alii flagrante cupidine fontes,
Auro qui semper diuitiisque scatent.
Quid sunt diuitiae? res inconstantior aura,
Quaeque nihil, quo mens exsatietur, habet.
Ut sit in mediis infelix Tantalus vndis,
Proximaque esuriens carpere poma nequit:
Semper avarus eget, studioque laborat habendi,
Et quum posideat plurima, plura petit.
Qui puer in stabulo Bethles nunc nascitur, ille
Aeternas nobis suppeditabit opes.
Delicias alii captent, escamque malorum,
Qua stygius daemon pectora caeca capit.
Quid sunt deliciae, magicae nisi pocula Circes,
Quae faciunt homines exitiofa feras?
Delicium nobis durum praeseppe ministrat,
Quod mentes recreat, tristitiamque fugat.
Non opus est nobis posthac Aganippidos vndis:
Exoritur Bethles fons melioris aquae.
Qui bibit inde, sapis: quibus est sapientia curae,
Huc celerate gradus: qui bibit inde, sapis.
Hic puer est nobis factus sapientia patris,
In tenebris stabuli qui gemit, inque gelu.
Hunc puerum simul esse Denim, qui nouerit: illo
In mundo nemo doctior esse potest.
Angelici cui non nota est sapientia coetus?
Hoc tamen arcano lumina fixa tenet.
Doctrinam nos hanc sed pagina sacra docebit:
Fontis erit nobis pagina sacra loco.
Praeteritis riuis, fontem hunc adeamus, amici:
Dulcius ex ipso fonte bibuntur aquae.
Torpentes vitiis procul hinc, procul este, lacunae:
Non bibit ex putri gurgite nostra sitis.
Nostra sitis tantum Bethlaeas appetit vndas;
Ex caeli donec fonte bibemus aquas.

* * * * *

78 M 496

ULB Halle
001 618 148



3

TA - OL

b7



52

Am tez Iyiges gurus aeternu in esse
 Agnuspius bidoior bosseireste tuis;
 Duidde lypitigie festipis goutinenem
laminaria
 Aexutie gneuen Maets tenuis Do:
 Incertis leonu mirend oblongu
 Quis tunc
 Tunc
 Au
 Duci
 Tunc
 Sed tidi non
 Et
 Tunc
 Hic
 Tunc
 Tunc
DESIDERIVM
DAVIDIS
 NON TAM BIBENDI
AQVAM BETHLEHEMITICAM
 QVAM OCVLIS VSVRPANDI
SERVATOREM
CORPORATVM ACCARNE TECIVM
 QVEM BETHLEHEMI
 NASCITVRVM
 DIVINI VATES PRAEDIXERANT
 NATALI EIVS DIE A. cii ccc ci
 AVSPICATO REDEVNTE
 PIE MEDITARI VOLVERVNT
 SCHOLAE CATHEDRALIS ALVMNI
 PRIMO ORDINI ADSCRIPTI.

NVMBVRGI,
 TYPIS BALTHASARIS BOSSOEGELII, PRIVIL. TYPOGR.

